

75  
HONORATUS

aemuli tandem ipsius astiterunt, dicentes;  
quomodo sufficiens erit ad regendum in  
Ecclesia Romana, cum Rectoriam Romanam  
dotalae renunciauerit, se insufficientem re-  
putans. Quod audiens papa distulit, ipsum  
que in Cardinalem non promovit. Ille dum  
videre voluisset Corpus Elisei Prophetae,  
quod in Monasterio S. Laurentii in Cae-  
sarea requiescit, una cum aliquibus di-  
cretis Clericis, et Laicis, Caementariis, et  
Muratoribus arcem dicti Elisei aperiri  
fecit. Quid viderit non bene audio, nisi  
quod a Domino Petro de Tabaronibus  
Legista fensi, dictum Petrocinum vidisse  
Corpus dicti Elisei indutum stola candida,  
in manu sceptrum tenens, et caput orna-  
tum tiara rotunda, faciem habens bar-  
batam barba longa satis alba. Post  
quam aperturam Petrocinus Archiepi-  
scopus cum alijs, qui eidem astiterunt,  
non diu vixit, praeter unum caementa-  
rium nomine Remesinum, quem vidit,  
et in ejus operibus habui, et doleo quod  
immemor ipsum de beati Elisei Corpo-  
re, alijsque non interrogavi. Sed tamen